Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ale eius sicut uinum libani. Ego exaudiam
et dirigam eum: ego ut abietem uirentem. Ex
me fructus eius inuentus est. Quis sapiēs
et intelliget ista: intelligens et sciet hec: Qui
a recte uie dñi: et iusti ambulabūt ī eis. lucam.
Nullo tempe. Rogabat ihm quidam pha
riseus: ut manducaret cum illo. Et ingressus
domum pharisei discubuit. Et ecce mulier q̄
erat in ciuitate peccatrix ut cognouit qd accu
buit in domo pharisei attulit alabastrum un
genti: et stans retro secus pedes eius lacrimis ce
pit rigare pedes eius. et capillis capitis sui ter
gebat et osculabatur pedes eius et ungēto unge
bat. Uidens autem phariseus qui uocauerat e
um: ait intra se dicens. Hic si ēēt ꝓpha sciret v
tiq; que et qualis ēēt mulier que tangit eum:
quia peccatrix est. Et rñdens ihs dixit ad illum.
Symon: hēo tibi aliquid dicere. At ille ait. Ma
gister dic. Duo debitores erant cuidam fenera
tori: unus debebat denarios quingentos: alius
quinquaginta. Non hñtibus illis unde redde
rent: donauit utrisq;. Quis eum plus diligit.
Et rñdens symon dixit. Estimo: quia is cui pl⁹
donauit. At ille dixit ei. Recte iudicasti. Et con
uersus ad mulierem: dixit symoni. Uides hanc
mulierem: Intraui in domū tuam aquam pe